

Zeitschrift: Anzeiger für schweizerische Geschichte = Indicateur de l'histoire suisse
Band: 4 (1885)
Heft: 4

Heft

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 24.05.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

ANZEIGER

für

Schweizerische Geschichte.

Herausgegeben

von der

allgemeinen geschichtsforschenden Gesellschaft der Schweiz.

N^o 4.

Vierzehnter Jahrgang.

(Neue Folge.)

1883.

Abonnementspreis: Jährlich Fr. 2. 50 für circa 4—5 Bogen Text in 5—6 Nummern.
Man abonnirt bei den Postbureaux, sowie direct bei der Expedition, B. Schwendimann, Buchdrucker in Solothurn.

Inhalt: 56. Murbacher Annalen, von Dr. Th. v. Liebenau. — 57. Karl's des Grossen Alpenübergänge in den Jahren 776, 780 und 801, von Dr. W. Gisi. — 58. Die „de Heciliscella“ in der Genealogie der Welfen, von Dr. Meyer v. Knonau. — 59. Zur Geschichte des Klosters St. Gallen in der Zeit des Abtes Walther von Trauchburg 1239—1244, von Dr. Meyer v. Knonau. — 60. Die „mure ze Houptse“. von Dr. Meyer v. Knonau. — 61. Die Armagnaken vor Schaffhausen, von Bäschlin. — 62. Kleinere Mittheilungen.

56. Murbacher-Annalen.

Im Jahre 1705 besuchten die Mauriner die einst so berühmte Abtei Murbach und copirten bei diesem Anlasse die dürftigen historischen Nachrichten, die in der Bibliothek in verschiedenen Handschriften zerstreut sich vorfanden. Eine zusammenhängende Murbacher-Chronik existirte niemals, wie die Mauriner versichern, deren Abschriften im letzten Jahrhundert mehrfach copirt wurden. Was an ältern Nachrichten in der Zeit des Abtes Bartholomäus von Andlau noch vorhanden war, stellte ein Conventual zusammen, der für die grosse Vergangenheit seines Conventes reges Interesse hatte. Wir glauben diese Murbacher Annalen, die auch für die Schweiz nicht ohne Werth sind, dem Bruder Sigismund zuschreiben zu dürfen, der den interessanten Bericht über jenen Teppich hinterlassen hat, welcher die Geschichte der Abtei Murbach illustrierte.

Von anderer Hand rühren die Nachrichten über das Kloster Goldbach (1273) und die Stiftung von Schönensteinbach (1138) her, die wir mit andern Murbacher-Berichten, welche bis in's Jahr 1476 reichen, später zu veröffentlichen gedenken.

De ecclesia Murbacensi et ejus inicio.

Viri devoti perfectique fidem catholicam multiplicare cupientes de Scotia perrexerunt et in Alsatiam pervenerunt, loca congrua monachis ad inhabitandum et cenobia construenda diligentissime quesiverunt. Quidam autem ex ipsis Bercholtz venerunt, ibique domos parvas de lignis debilibus construxerunt. Brevi vero tempore Bercholtz permanentes in locum vicinum nunc Celle nomine se transtulerunt et capellam cum laboribus suis ibidem de lapidibus construxerunt. Nec in hoc loco diu

permanserunt, sed ad locum magis solitarium, scilicet super Vivarium (se) locaverunt. Diu autem ipsis ibidem commorantibus et se fideliter multiplicantibus ad numerum centenarium pervenerunt; ipsis autem deo fideliter servientibus ab omnibus diliguntur et eis dona maxima largiuntur.

Anno domini DCXXXI. Tagibertus¹⁾ regnare cepit et regnum Romanorum multipliciter augmentavit. Hic²⁾ monasterium sancti Benedicti, scilicet Ebersheim Münster, seu Aprimonasterium cum multis possessionibus construxit, et episcopo Argentinensi Rubiacum cum suis appendiciis libere conferebat. Frater autem Tagiberti regis scilicet contulit monachis nigri ordinis super Vivarium commorantibus prenomiatis octoginta mansorum, quorum quilibet XXIII jugera juste tenere communiter dicebantur; dedit autem tali conditione, quod ipse successoresque seu fratris sui regis Tagiberti abbatem prenominati monasterii monachorum super Vivarium commorantium pro libito suo facerent³⁾ ac deberet insuper abbas prenominati monasterii regi Theutonicorum, cum pro patria pugnaret vel ad terram sanctam ad defendendam vel expugnandam festinaret, clipeum tercium deferre et teneretur eum fideliter adjuvare. Clipeum autem tercium⁴⁾ credimus esse multitudinem exercitus talem, qualem regis exercitus tantum in tribus partibus superaret. Dedit etiam eisdem monachis frater regis Tagiberti curiam Grüningen in partibus Sweue de qua habuerunt infeodator milites multi vero monachis propter bonitatem ipsorum dona magna seu plurima contulerunt. Lantgravius Alsatie redditus multos habet a prenominato monasterio, quos debet per officium certis temporibus deservire . . . multi de eis infeodati sunt, quod minime recognoscunt. Ditatis igitur super Vivarium constitutis in silvam profundius se transtulerunt et nomen novum scilicet Morbacum suo monasterio tradiderunt. Abbatibus igitur mortuis regibus Theutonie monachi significaverunt et ipsi pro voluntate sua monachis abbates quos miserunt, quos et ipsi voluntarie susceperunt. Diu autem ipsis in hac subjectione permanentibus regem Theutonie monachi rogaverunt, ut conventui abbatem eligendi liberam redderet potestatem. Rex autem in hoc monachis acquievit Licentia igitur hac obtenta cuiuscum auctoritate vel licentia vel quo iure papam adierunt et ei se libere contulerunt, et a dominio regis per omnia recesserunt.

Romanus⁵⁾ imperator abbati Morbacensi Widorolfo nomine mandavit, quatenus se prepararet, ut ad transmarinas partes secum cum multitudine militum festinaret. Habebat enim tunc temporis Morbacensis (abbas) in Grunowe (sic) Suevie curiam magnam, cui ducenti quinquaginta milites conjuncti sibi servicio ministrabant. Abbas

1) Dagobert I. Anno 629; Dagobert II. 674; Dagobert III. 711.

2) Sonst wird Herzog Adelrich als Stifter genannt; vgl. dazu das fingirte Diplom Theoderich III. v. 652, 9. Febr.

3) Laut Urkunde Dietrich IV. vom 12. Juli 727 hatte das von Bischof Pirmin und Graf (fidelis noster Comes) Eberhard gestiftete Kloster Murbach freie Abtwahl. Pertz: Diplomata I, 85.

4) Der Heerschild war bei Bischöfen Regel, bei Aebten Ausnahme. Alle Pfaffenfürsten hatten den zweiten Heerschild; hatte ein solcher persönlich noch Familienlehen, so erhielt er den dritten Heerschild. J. Ficker: Vom Heerschilde 70, 100 ff.

5) Die folgende Stelle stimmt fast wörtlich mit der bis 1216 reichenden Notic. fundationis et primorum Abbatum Murbacensis abbatiae ad saeculum usque decimum tertium in dem unvollendeten 2 Bande von Grandidier: Histoire ecclesiast. militaire . . . d'Alsace pag. LXXIII.

autem Morbacensis assumptis aliquibus minus prudentibus secum ad imperatorem venit, eumque suppliciter rogavit, ut eum a vexacione passagii liberaret¹⁾. Imperator autem dixit, hoc se non posse facere, nisi sibi cum pecunia magna subveniret. Abbas autem Widerolfus dixit, se pecuniam non habere. Imperator autem dixit: resignate michi in Gruningen²⁾ curiam vestram quam de me habetis, et vos de itinere hoc et labore maximo liberabo. Abbas autem sine prudenti consilio hoc facere spondebat. Tunc imperator dixit: domine abbas, curiam vestram, quam habetis in Gruningen michi libere resignate; qui dixit: resigno. Imperator autem dixit: et facio de cetero liberum ab itineribus transmarinis. Abbas Widorolfus reversus ad suos gaudens credidit se suo monasterio beneficium maximum prestitisse. Cum ad suum monasterium pervenisset, fecit sibi balneum preparare. Cum autem intrasset, milites monasterii Morbacenses quesiverunt, quid abbas boni suo monasterio procurasset. Cum autem intellexissent, quod curiam Grunouve resignasset, plurimum doluerunt dixeruntque: interficiatur vilissimus monachus iste. Quidam autem ad abbatem Widorolfum venerunt, et ea, que milites dixerant, retulerunt. Abbas nimium perterritus balneum exivit, pannis se vilibus induit, solus montem ascendit, et quo fugeret, ab incolis terre vel quo devenerit, ignoratur¹⁾. Acta autem creduntur anno domino M^oC.LXXXIX^o. sub Friderico cæsare, qui inter et in rivo parvo submersus creditur perisse. Anno vero domini M.CC.XXX. dominus Hugo Morbacensis, qui monasterium suum divitiis augmentavit; hic castrum edificavit et Hugstein de suo nomine nominavit.

Post hunc frater comitis . . de Froburch Albertus nomine, clericus. Scolaris monachis prefuit et res monasterii non destruxit.

Post hunc dominus Theobaldus gallicus Monasterio Morbacensi prefuit, qui suis temporibus temporalibus habundavit; hic duas abbatias habuit, prefuit enim monasterio Luxovie et monasterio Morbacensi. Hic et advocatiam vallis sancti Amarini a comite Rodolfo, Alsatie lantgravio, maxima pecunia comparavit. Vendidit autem parvo pretio grangias multas et bonas ut acquireret vallem supra memoratam, Preturam edificavit et in vallis medio castrum cum castello et antiquum castrum domitorum sancti Amarini funditus destruxit et progeniem eorum de valle totaliter extirpavit.

Hi omnes abbates temporalia curaverunt, sed Spiritualia neglexerunt. Sub hoc abbate prefuit decanus, persona reverenda, qui panem suum advenientibus hylariter ministravit. Huic cum quemdam scolarem vagum cum ad suam voluntatem

¹⁾ Vgl. hiezu X. Mossmann: Murbach et Guebwiller. Guebwiller 1866. 38.

²⁾ Der Murbacher Domherr Bern. von Pfirt nennt in der Abhandlung über Murbach statt Gruningen »Gryenau« Lünig: Reichsarchiv XIX. oder Spicileg eccles. V, 942. Ich glaube, es handle sich um den Hof Griesingen im württembergischen Oberamte Ehingen, den am 8. August 760 Richard an Murbach vergabt hatte »villa . . in Chresinga. Kausler: Württemberg. Urk. Buch I, 407. Stälin: Wirtemberg. Gesch. I, 386.

³⁾ Die ganze Erzählung ist aus der Luft gegriffen; denn circa 1191 berichten mehrere Adelige aus dem Elsass an König Heinrich, dass sich die Grafen von Pfirt Gewaltthätigkeiten an dem Abt von Murbach erlaubt haben, »dum esset in partibus transmarinis«. Schœpfli Alsat. diplom. I, 297. 1228 ist auch Abt Hugo von Murbach bei Kaiser Friedrich II. in Akkon. Schœpfli l. l. I. 362.

recepisset, nec ei necessaria pro libito ministrasset, hoc ad eius vituperium referebat: Decanus Morbacie angelicus in moribus, sed non sic in operibus. Ad hunc etiam decanum vox quedam, ut dicebatur, noctis silencio pervenit, que hoc sibi vel hiis similia referebat: Decanus scias, quia post . . . hunc abbatem Bertholdus abbas efficietur, qui monasterium hoc destruet in divinis et honore. Nutriebat autem hic decanus juvenem delicate, Bertoldum nomine, de Steinbrunne genere, libere conditionis, qui post Theobaldum in abbatem pluribus contradicentibus promovetur. Hic omnia, que de ipso prophetata fuerant de destructione monasterii totaliter adimplevit.

De nominibus primi abbatis monasterii Morbacensis, fundatorisque et aliorum abbatum antiquorum eiusdem, aliorumque modernorum. Sanctus Pirminus Episcopus¹⁾ et abbas. Eberhardus dux de Suevia, monasterii Morbacensis constructor et fundator. Odolon abbas. Guntrammus abbas. Isingerus abbas. Voldericus abbas. Landelon episcopus et abbas. Arnoldus abbas. Theobaldus abbas Murbacensis et Luxoviensis. Anno domini M^oCCLXXXVIII^o obiit Bertholdus de Valckenstein abbas huius loci. — Albertus gubernator Murbacensis. Fridericus abbas. Emeritus abbas. Eberhardus abbas. Wipertus abbas. Valdebertus episcopus et abbas. Egilolfus abbas. Eginhaldus abbas. Theodericus abbas. Rupertus abbas. Werinharius abbas Morbacensis. Fertolfus abbas Morbacensis et Vuldensis de Percoltz. Gerhohus Egistatensis episcopus et Murbacensis abbas. Tegenhardus abbas. Emicho abbas. Haribertus abbas. Suintpertus episcopus et abbas Murbacensis. Bertolfus abbas. Abo abbas. Adelgozius abbas. Sigismundus Murbacensis abbas . . . episcopus. Hugo abbas . . . edificavit castrum Hugstein.

Anno domini M^oCCC^oL terciò, obiit dominus Henricus de Schowenberg abbas hujus ecclesie.

Anno domini M^oCCC^oV^o dominus Conradus de Stoufsberg monachus Mauri Monasterii effectus est abbas huius loci.

A. d. M^oCCCXXXIII^o obiit venerabilis in Christo pater dominus Cunradus Wernheri Murnhard.

A^o d. M^oCCLX electus est Berchtoldus de Steinenbrunn in abbatem.

A^o d. M^oCCXXXV^o electus est Berchtoldus de Valkenstein in abbatem Murbacensem²⁾.

Albertus abbas hujus loci de Liebenstein obiit a. d. M^oCCC^oIII.

Cunradus de Stauffenberg abbas huius monasterii et postea die tertia sequenti electus est in abbatem huius monasterii dominus Cunradus Wernheri Murnhard unanimiter.

Hec sunt nomina aliquorum abbatum modernorum: Wilhelmus Stör. Johannes Sculteti (a. M.CCCLIII). Rudolfus de Wattwile. Wilhelmus de Wasselbrun. Petrus de Ostein. Dietericus de Domo. Bartholomeus de Andlo.

¹⁾ Vgl. zu diesem bis in's 9. Jahrhundert reichenden Abt- und Bischofscatalog Heigel in den Forschungen V, 397 ff. und Mossmann: Lettre de Frère Sigismond à l'Abbé Barthélémy d'Andlau sur les anciennes tapisseries de l'abbaye de Murbach, Bulletin 1864, 49—54.

²⁾ Das beste Verzeichniss der Aebte von Murbach findet sich bei X. Mossmann: Chronique des Dominicains de Guebwiller, 1844. 395—399; dazu Perz: Scriptorum I, 25—40 über die ältesten Aebte; über die Wahl Falkenstein's vgl. Kopp Gesch. II, 1, 673.

De nominibus monachorum antiquorum, qui quondam in monasterio fuerunt Murbacensi.

Immon monachus et presbiter. Eberhardus, Wicus, Richwinus, monachi et presbiteri. Tietericus, Junchardus, Rudolfus, m. et p. Geruicus, Tunpoldus, Irmia-
gus, m. et p. Adelbertus m. et p. Starhgenus. Frichon m. et p. Morgandus m.
et p. Henricus m. et p. Engelgarius m. Kelnotus, Eton m. et p. Adelbertus m.
et p. Pucolon m. Tagibertus. Hadeuinus. Cunhecius. Hartradus m. et p. Fride-
ricus m. et p. Hartwicus m. et dyaconus. Stoppon m. Cunradus m. et dyaconus.
Constantinus m. et d, Vosleibus, Isanhardus, Irimon m. et presbiteri. Hartkerus
Ricarius m. et dyac. Amaltricus, Adelberon m. et p. Wolpertus, Adelgosus, Vzon,
Vlricus m. et p. (Späterer Zusatz prepositus b. virginis). Sifridus de Loubgassen,
m. et subd. Albertus decanus Murbacensis. Petrus m. et presb. de Bûchega. Ber-
tholdus m. et p. de Libunstein.¹⁾

A. d. M^oCCC^o in die nativitatis domini obiit Richardus de Liebunstein, hospi-
tarius huius monasterii, monachus et presbyter.

Ludovicus custos, mon. et presbyter o. Burchardus mon. de Obrenberg. Hesso
de Grifunstein m. Dietricus de Ratsamhusen subd. Joannes Burgravius m. et presb.
Arnoldus de Hasenburg m. et presb.

De nominibus antiquorum.

Truto. Leo. Gunzelinus. Rudolfus. Welcho. Wernherus. Werinhus. Hein-
ricus. Egino. Hedewigis.

De nominibus canonicorum antiquorum ecclesie S. Marie in Morbacho, qui
fuerunt seculares.

Conradus prepositus et canonicus ecclesie S. Marie a. d. M^oCCC^oLII^o. Jonatus
presb. et canonic. S. Marie. Joannes de Barre, can. ec. S. M. a. d. M^oCCC^oLIII^o. Man-
goldus can. eccl. S. M. Cunradus de Valkunstein c. e. S. M. Henricus Voronne
presb. can. e. S. M. Erhardus Scriptoris e. s. M. c. Joannes sacrista et can. Hein-
ricus p. c. S. M. Petrus de Hartmansthuilr. c. e. S. M. Joannes Siegler c. e.
S. M. Arnoldus pr. c. dicte ecclesie. Karolus c. e. S. M. cantor Columbariensis a. d.
M^oCCCXXIII^o.

Cunradus de Stouvunberg pr. c. e. S. M. Rudolfus pr. et c. s. M. Joannes
sacerdos et c. S. M. Petrus Trutman p. et c. e. S. M.

Conradus de Valkenstein c. S. M. anno Domini M^oCCC^oXXXI^o obiit.

Dominus Henricus Waldenarii prepositus ec. beate Marie. Henricus can. ecc.
S. M. et cantor Lutenbacensis. Matheus subdiaconus et c. e. S. M.

Ludeuicus de Ottensthuilr c. e. S. M.

De nominibus capellanorum antiquorum huius loci, qui fuerunt presbiteri
seculares.

Gerlacus de Andernach. Berchtoldus de Saxonia presbiter et capellanus ecclesie
beate virginis. Ludewicus capellanus hujus ecclesie. Ludewicus capellanus junior.

In ecclesia sancte Marie ante altare beati Johannis posita sunt corpora domini

¹⁾ Sonderbarer Weise wird der Mönch Frulandus nicht erwähnt, dessen vita S. Leodegarii dom
Pitra veröffentlicht hat (Hist. de saint Léger).

Vuilhelmi de Wasselnhein abbatis Morbacensis, et Theodorici de Wasselnhein, fratris eiusdem abbatis ad unum sepulchrum.

Commemoratio fratrum nostrorum post Missam visitetur in vestibulo.

Epitaphium in vestibulo.

Claudit multorum presens lapis ossa virorum,
In templo veteri iam pridem digna teneri,
Horum placatus, si sunt, tege, Christe, reatus,
Nos vice dando pari per eorum vota juvari.

De nominibus cantorum, scolarium seu parvorum huius ecclesie et choralium quondam.

Magister Symundus. Hugo Scolasticus Murbacensis. Ludeuicus scolasticus. Cünradus de Schoponshein choralis huius ecclesie.

Henselinus dictus Nibelus choralis huius ecclesie.

Berchtoldus Vech scolaris chori.

Johannes scolaris de Ragandang.

Anno Domini M^oCCCXXXVIII^o obiit Mathias de Bûchek Episcopus Moguntinus, quondam custos hujus Monasterii et prepositus sancte Marie, qui fuit primus institutor et ordinator pauperum scolarium huius Monasterii.

Beringerus Comes in introitu ecclesie sancte Marie.

Corpora omnium predictorum creduntur in Mûrbacho fore sepulta, quorum anime requiescant in pace.

In introitu ecclesie sancte Marie positum fuit corpus cujusdam nobilis Johannes Schenck, eo tempore, quo Bartholomeus abbas Ecclesie prefuit Morbacensi.

In maiori ecclesia Monasterii Morbacensis sepultum est corpus domini Sifridi de Veningen, militis, qui interfectus fuit eo tempore, quo Ludeuicus delphinus Karoli regis Francorum filius, cum Francorum exercitu Alsatiam cum multis oppidis et castris in possessionem habuit, tempore litis, que fuit inter principes Austrie et confederatores, eo tempore, quo Dominus Theodoricus abbas abbacie Morbacensis regimen habuit.

Anno Domini M^oCCXXX in nocte circa primum galli cantum factus est terre motus.

Anno ab incarnatione Domini M^oCC^oXLVI^o, Septimo Kalendas Septembris (26. August) factus est terre motus circa horam prime.

Eodem anno Landgravius de Thurringhin electus est in Regem.

Anno Domini M^oCCCVIII^o occisus est Albertus Rex Romanorum a filio fratris sui Johanne, quem exhereditaverat, Kalendis Maii (1. Mai), penes Brugg, sub Abbate huius loci Cünrado et Papa Clemente.

Anno Domini M^oCCC^oXIII^o obiit Heinricus Imperator piissimus de Luzelburg.

Anno Domini M^oCCC^oXVII^o tam magna fuit karistia, quod multi fame moriebantur.

Anno Domini M^oCCC^oXXI dominus Mathias de Bûcheck, custos huius Monasterii, effectus episcopus Moguntinus.

Anno Domini M^oCCCXXIII^o obiit Johannes episcopus Argentinensis, qui legavit huic Monasterio ducentas marcas argenti.

Anno Domini M^oCCC^oXXXVIII, in die conversionis beati Pauli, qui tunc fuit die dominica (25. Januar), in ortu diei occisi sunt Judei fere omnes in Rubiaco et Sultz et statim post in aliis locis.

Anno Domini M^oCCC^oXL (1349^{?)}¹⁾ tam magna fuit pestilencia circumquaque, quod nemo recordari potuit nec in scriptis . . . inveniebatur unquam fuisse similem vel majorem, et duravit per annum. Eodem etiam anno flagellatores per totam Alamaniam iverunt, se usque ad effusionem sanguinis percutientes et circa istud tempus incept²⁾ annus jubileus in liminibus apostolorum.

Anno Domini M^oCCC^oLIII^o, in vigilia apostolorum Philippi et Jacobi (30. April) fuit in Monasterio Murbacensi serenissimus princeps Karolus rex Romanorum cum tribus episcopis, cum magno comitatu nobilium et aliorum ad faciendam concordiam de abbacia hujus ecclesie, quæ tunc erat in lite.

Anno Domini M^oCCC^olvi^o, in die Luce Evangeliste (18. October) inter vespervas et meridiem factus est terre motus tam validus, ut civitas Basiliensis, que decenti fuit structura formata, fere totaliter rueret, et putabatur quod mundus haberet finem, et tunc incepta est hic consuetudo, ut semper post completorium canitur antiphona de beata virgine Maria, ut quia nos ex eadem angustia et aliis defendat, et tunc plusquam sexaginta castra sita in Suntgau, an dem Blauen ceciderunt.

Anno Domini M^oCCC^oLXXIII^o, in octava Johannis Evangeliste (3. Januar) tanta aquarum multitudo in Murbacho erat, quod multi homines perierunt, et putabatur ibidem, quod mundus haberet finem. Eodem etiam tempore ex huiusmodi abundantia aque vivarius, qui tunc fuit in loco, qui nunc dicitur vulgariter Weyermatt circa Capellam sancte Catharinæ circa Bühel destructus erat . . . a quo . . . abbas, qui nunc dicitur abbas Morbacensis olim temporibus pristinis dicebatur abbas circa Vivarium . . . ut patet ex litteris et privilegiis monasterii Morbacensis valde antiquis.

Anno Domini M^oCCCC^oVII^o, in vigilia Martini episcopi (10. November) cecidit magna nix et frigus magnum incept, quod terram et saxa congelavit, et in vigilia beati Thome secunda nix et postea tertia et quarta nix cum maximo frigore in tantum, quod in memoria hominum non fuit, nam vina in vasis congelata erant, quæ non poterant extrahi de vasis, et perduravit frigus usque ad Agnetis (21. Januar) et ipso die venerunt venti magni et pluvie maxime.

Anno Domini M^oCCC^oLXXXII^o combustum erat monasterium Morbacense feria quarta post nativitatem sancte Marie (10. Sept.).

Anno Domini M^oCCCC^oXV^o celebratum fuit concilium generale in civitate Constantiensi, in quo condempnatus et depositus est Johannes papa XXIII^{us}, in quo condempnati fuerunt heretici scilicet Joannes Huss a quo Hussitarum seu Bohemorum secta nomen habet, et Hieronimus, ibi enim ambo combusti fuerunt tamquam heretici convicti fidem catholicam.

¹⁾ Vgl. ad 1349 Albert. Argent. — Justinger ed. Studer 411 wegen der Geissler und der Pest.

²⁾ D. h. 1350.

Anno Domini M^oCCCC^oXXXIX, tempore quadragesimali, quedam gens perversa cum immensa armatorum multitudine a vulgo dicta vel de partibus Gallie seu Francie circa Zabern, iam oppidum domini episcopi Argentinensis, in Alsatiam intravit, et fere per totam quadragesimam in dicta terra remansit. Et aliqui de ipsis versus civitatem Argentinensem iter arripuerunt, et aliquos de civitate contra exeuntes occiderunt. Demum ascenderunt per totam Alsatiam, omnesque homines in villis existentes ad civitates, oppida et castra et valles fugam dederunt, sicque fere omnes ville vacue et sine habitatoribus remanserunt et plures homines quos capiebant, interficiebant et exactionaverunt, male et dure eos tractabant; tandem faciem verterunt usque Sungaudiam et circa Mumpelgart econtra in Galliam intraverunt.

Eodem etiam anno magna fuit karistia frumenti in Alsatia et pestilentia mortalitasque in terra hac fuit . . . postea certis et paucis revolutis annis dalphinus Karoli Francorum regis filius adhuc Basiliensi generali consilio durante et guer-rarum tempore inter principes Austrie et , cum grandi armatorum exercitu . . . primam Francorum turmam, de quibus supra fit mentio, excedente, Alsatiam tam superiorem quam inferiorem intravit, multaque oppida et castra possidendo occupavit incolasque eius terre multifarie afflixit, de quo in alio loco plenius fiet mentio.

De dedicatione monasterii Murbacensis et reliquiis in principali altari inclusis.

Anno Domini M^oCC^oXVI^o dedicatum est hoc templum a venerabili Heinrico sancte ecclesie Basiliensis episcopo, sub abbate huius Hugone, in honore sancte et individue Trinitatis et sancte crucis, sancteque Marie perpetue virginis et sancti Leodegarii martiris¹⁾. Continentur autem hee reliquie in principali altari. De ligno sancte crucis, de vestimentis sancte Marie virginis et de capillis eius, de sudario sancti Leodegarii, de sepulchro sancti Johannis apostoli et evangeliste, de cruce sancti Andree, Stephani prothomartiris, Laurentii, Desiderii episcopi et martiris, Hermetis, Serii et Bachi martirum, Ruperti episcopi et martiris, Marii martiris, Servacii episcopi, Athanasii episcopi et confessoris, Lupi episcopi, Margarete virginis et martyris etc.

Dedicatio²⁾ hujus monasterii II. Idus Junii (12. Juni). Anno Domini M^oC^oXXXIII^o, indictione XII^a, pridie Nonas Junii, regnante Lothario imperatore, sub abbate huius (monasterii) Bertholdo dedicatum est oratorium in honorem Domini nostri Jesu Christi et sancte Marie, et sancti Michaelis archangeli et Johannis evangeliste et sancte Marie Magdalene ab Alberone Basiliensi episcopo. Continentur autem hee reliquie: de vestimento et unguento quo uncti sunt pedes domini, de fimbriis eius, de mensa et hasta et cruce domini nostri Jesus Christi.

Dedicatio ecclesie sancte Marie, et in majori ecclesia dedicatio altarium sanctorum apostolorum Pauli et Bartholomei, VIII. Idus Februarii (6. Febr.)

In altari sancte Marie continentur reliquie ipsius virginis de vestimento et capillis ejus, Leodegarii martiris, undecim millium virginum et sancti Stephani prothomartiris; ad altare sancti Pauli reliquie sancti Stephani et crucis sancti Andree, ad altare sancti Bartholomei de sancto Christophero.

¹⁾ Vgl. Grandidier I. I. II. pag. LXXIV.

²⁾ Vgl. Grandidier I. c. II, pag. LXXIII.

Hec sunt reliquie, que sunt incluse in cruce super principali altari existente; de ligno sancti Crucis, reliquie sancti Mauricii martiris, beati Sebastiani martiris, sanctorum Marci et Marciliani martirum, sanctorum Johannis et Pauli, sancti Mauri martiris, sancti Justinii martiris, sancti Meginradi martiris, de carne sancti Columbani confessoris, reliquie sancti Galli confessoris, sancti Romani episcopi, sancti Anthonii confessoris, sancti Ymerii confessoris, sanctorum Cosme et Damiani, sancti Quirini martiris, sancti Albini confessoris, sancte Vualpurgæ virginis, de pane sancto.

Anno Domini M^oCCC^oXLVII^o, in die ascensionis domini nostri Jesu Christi (10. Mai), sub abbate Heinrico de Schowenburg reconciliatum est monasterium cimiterium Morbacense ac consecrata sunt tria altaria in dicto monasterio, primum videlicet in ambone ejusdem monasterii in honore sancte crucis, secundum vero altare a dextris exeundo de choro in honore trium magorum, tertium vero altare in honore et sancti Laurentii martiris. Insuper in ecclesia beate virginis ibidem consecrata sunt duo altaria, unum in choro ejusdem ecclesie in honore beate Catharine virginis nec non undecim millium virginum. Alterum autem altare in honore beati Johannis baptiste et beati Johannis evangeliste. In capella etiam beati Galli constructum est altare ibidem Heinrico Albo, ordinis premonstratensis archiepiscopo quorum altarium omnium dedicatio celebranda est die dominica proxima ante ascensionem domini, et dantur XL dies indulgentiarum.

In dedicatione altaris sancte Marie Magdalene datur venia Christi fidelibus hoc templum visitantibus die usque in octavam XL in die dominica ante festum Michaelis archangeli. — Dedicatio capelle sancti Sixti est in dominica proxima post omnium sanctorum.

Dedicatio altaris sancti Nicholai est in dominica proxima ante omnium sanctorum.

Anno ab incarnatione Domini M^oCC^oXXV^o rogatu Hugonis abbatis dedicata est capella apud Vivarium a venerabili Giraldo patriarcha Iherosolimitano, in honore sancti Thomæ Cantuariensis episcopi, Mauricii sociorumque eius, et sancte Katharine virginis et martyris, deditque in festo sanguinis domini, quod est in apostolorum Petri et Pauli et in festivitate predictorum sanctorum, et in dedicatione ipsius basilice omnibus ob reverentiam sanctorum infra octo dies advenientibus indulgentiam decem dierum de injunctis sibi penitentiis, sexto decimo Kalendas Marci (14. Febr.).

Anno Domini M^oCCC^oXIII obiit Heinricus imperator in Italia intoxicatus.

Ordo Benedicti annis transactis quingentis octo, Augustini anno triceno quinto domini nonageno anno; milleno centeno bis minus uno ordo griseus.

De consecratione et dedicatione et edificatione capelle in castro Hugstein, quoad ejus partem inferiorem et constructore ejusdem.

Anno Domini M^oCCCC^oXIII, crastino Mathie apostoli (26. Feb.) dedicata est hec capella in honorem sancte Crucis et beati Benedicti egregii confessoris. Indulgentie vero sunt CXL dierum, quociens dicta festa occurrerint per octavas eorundem durantes. In hoc autem altari sunt condite hec reliquie: sanctorum Bartholomei apostoli, Leodegarii, Desiderii, Regunfridi, Projecti, Amarini, Valentini, Christophori, Antonii,

Victoris, Georgii martirum, Galli, Columbani, Waldeperti, confessorum et aliorum plurimorum sanctorum. Acta sunt hec sub domino Cunrado de Stouffenburg, abbate Murbacensi constructore.

Dr. Th. v. LIEBENAU.

57. Karl's des Grossen Alpenübergänge in den Jahren 776, 780 und 801.

Zur Kritik der Chronik von Dissentis.

In dem Aufsätze: «Die Alpenpässe im Mittelalter» (Jahrbuch für Schweizergeschichte Bd. 3 und 4) hat Dr. E. Oehlmann auch die 10 Alpenübergänge Karl's des Grossen besprochen und die für Bestimmung des Ortes derselben dienlichen analistischen Nachrichten und urkundlichen Daten zusammengestellt. Darnach ist nur von dem ersten jener Uebergänge, im Sommer 773, der eingeschlagene Pass bekannt, nämlich der Cenis. Ausserdem weiss man, dass der zweite Zug, Frühjahr 776, durch Friaul, also durch Kärnten ging; endlich spricht mit Bezug auf die beiden ersten Rückfahrten, Sommer 774 und 776, sowie auf die fünfte und letzte Rückfahrt, zu Ende von 801, hohe Wahrscheinlichkeit für den Grossen Bernhard als Ort des Uebergangs, als welchen ich denselben oben S. 140 auch für den vierten Zug im November 786 vermuthet habe. Am 16. Juli 774 urkundete Karl noch in Pavia. Sickel: Acta regum et imperatorum Karolingorum. Wien 1867. K. 27. Am 14. August war er nach S. Abel, Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Karl dem Grossen, 1,149 bereits in Lorsch, welches in weniger als einem Monat von Pavia aus zu erreichen wohl nur über Ivrea, Aosta und den Gr. Bernhard möglich war. Am 17. Juni 776 sodann urkundete Karl noch in Ivrea, Sickel K. 58. Dann begegnet er nach Einhard's Jahrbüchern von Lorsch erst wieder auf einer Reichsversammlung zu Worms, welche Abel a. a. O. 1, 203, mit Rücksicht auf die übrigen Ereignisse dieses Jahres, speziell den Sachsenkrieg, wohl nicht zu früh, noch in den August ansetzt. Auch diese zweite Rückfahrt geschah wahrscheinlich über den Gr. Bernhard. Sickel hat noch eine Urkunde aus dem Monat Juli 776, dd. Pratis gaigio iul. a. . . 3. In Gaigio kann also eine Andeutung über den eingeschlagenen Pass liegen, dasselbe ist aber bis jetzt nicht bestimmt. Sickel a. a. O. S. 249: «Nur der Ausstellungs-ort macht noch Schwierigkeiten. An ein Gaggio südlich von Nonantola zu denken, wie Tiraboschi will, erlaubt das Itinerar nicht. Der Ort muss auf der Route von Ivrea nach Francien gesucht werden, ist mir aber nicht bekannt.»¹⁾ Ich vermuthete Anfangs Gignod oberhalb Aosta an der Strasse nach dem Gr. Bernhard. Doch ist latein. Gaigio wohl eher = italien. Gaggio. Sollte es vielleicht eines der 3 tessinischen Gaggio sein, speziell dasjenige bei Bioggio, an der Strasse vom Lago Maggiore zum Monte Cenere? Dasselbe würde auf den Uebergang über den Lukmanier oder wahrscheinlicher Bernhardin deuten. Auch auf diesem Wege konnte Karl sehr wohl bis August nach Worms gelangen. Die Abweichung von der kürzesten Linie Ivrea-Worms über Chur ist nur wenig grösser als die über Vevey. Möchten neu aufzufindende Urkunden Aufklärung bringen!

¹⁾ So seither auch Böhmer-Mühlbacher, Regesten der Karolinger (Innsbruck 1880), 199.

Es sind Herrn Oehlmann¹⁾ folgende Nachrichten der Chronik des Klosters Dissentis am Nordabhange des Lukmanier (Auszüge bei v. Mohr: «Die Regesten der Benediktinerabtei Dissentis», Chur, 1853) entgangen:

a. 781. Karolus Magnus cum regina Hildegarde Romam per Rætiam contendens atque ss. Placidii et Sigisberti corpora Disertinae religiose invisens monasterium nostrum maiorum suorum exemplo regie ac splendide ditat.

a. 801. Karolus Magnus, iam imperator Occidentis creatus, Roma redux, iterum Disertinam invisit et plurima monasterio nostro bona largitur, ita ut tertius eius loci fundator.

